

# ORPHEUS ET EURYDICE: CERTA VIA PER QUAM DISCIPULI AUCTORES LATINOS ACCEDERE POSSUNT

ALBA POZUELO LOBILLO

[albpozlob@uma.es](mailto:albpozlob@uma.es)

Universidad de Málaga

## **Summarium**

Monstratur in hoc opusculo ratio auctores classicos in lyceis legendi per aptationem textuum Latinorum quem ad finem exemplo depromitur fabula de Orpheo et Eurydice ex *Metamorphoseon libris* a Ovidii conscriptis. Ita discipuli textibus antiquis frui possunt a tyronibus ut variis modis scribendi assuescant et sic consuetudo constituetur. Lectione, apprehensione sive cognitione, grammaticae et syntaxi studia praebimus per usum linguae cuius finis pensa, exercitia postremaque probatio erit.

## **Claves**

*Auctores Latinos, Latine loqui, rationes docendi, Ovidius, Orpheus, Eurydice.*

## **Abstract**

The following article proposes a Reading of the classical authors from the adaptation of a Latin text for which is taken, in this case, the myth of Orpheus and Eurydice of the Ovidian work *Metamorphoseon libri* as an example and model. This way, students will be able to enjoy the original texts from early stages of the study of the Latin language, thus adapting them to different language styles. Reading and understanding of the Latin text and the study of Latin grammar and syntax are carried out through an active use of the Latin language whose results will be manifested by making the exercises and taking the final test.

## **Key words**

*Latin authors, spoken Latin, instructional methodology, Ovid, Orpheus, Eurydice.*

Mysterium igitur Methodi linguarum novissimae totum in eo erit, ut per libellos quosdam artificiose constructos in auctores via certa, brevis et amoena recludatur

(I. A. Comenius, *Novissima Linguarum methodus*, XI 4, 16)

Multa lectores de scholis Latine tradendis deque consiliis capiendis ad linguam Latinam nostram in scholis fovendam sciunt. Sunt rationes praeclarae atque aptissimae per quas sermonem Latinum ipsae linguae utendo magistri una cum discipulis exercere possumus et etiam multi nostrum iam consuetudinem atque exercitationem acerrime cepimus ut discipuli audiant, legant, loquantur et scribant, Latine scilicet.

Curnam auctores saepe ignorantur nisi discipuli litteras eorum memoriam mandant ad postremum periculum faciendum, id est, Selectividad? Hoc opus in animo exemplum offerre habet ut discipuli cognoscere agnosquereque possint auctores Latinos qui plerumque in lyceo non tractantur.

Qua ratione discipuli auctores Latinos accedere possunt? Fabulas legendo accedere prorsus ullo dubio possunt. In primis, fabulae faciles, quarum varias<sup>1</sup> eligere possumus, discipulis feruntur. Si libro *Lingua Latina per se illustrata: Pars I. Familia Romana* utimur, sunt fabulae discipulis ferendae sicut eae quae in libro *Fabulae Syrae* insunt. Sed quid autem faciemus magistri ante quam fabulas discipuli legere possint? Nos ipsi magistri ad opera discipulorum fabulas scribere et aptare.

Lectio (interdum versio) de fabula Ovidiana Orphei et Eurydices (Ov., *Met.*, X 1-105, 143-154) versibus solutis aptata proponitur, etiamsi per totam fabulam versus hexametrici ab Ovidio conscripti inveniuntur quibus haud tantis difficultatibus et laboribus discipuli affecti sint. Accomodationem facimus a rebus ad grammaticam pertinentibus capitulorum XIX-XX libri *Lingua Latina per se illustrata: Pars I. Familia Romana*.

---

<sup>1</sup> Opera iam saeculis praeteritis edita sunt ad tirones discipulos sicut *Fabulae Faciles, a first Latin reader* a F. Ritchie, *Puer Romanus* et *Pons tironum* a R. B. Appleton et W. H. S. Jones, *Julia* a Reed vel *Decem fabulae pueris puellisque agenda* a W. L. Paine, C. L. Mainwaring et E. Ryle. Si lector voluerit plura invenire, adeat ligamen <<https://vivariumnovum.it/risorse-didattiche/pratica-didattica/libri-scolastici>>.

Quibus in capitulis tractabimus tempora in declinatione verborum praeteritum imperfectum praeteritumque perfectum indicativi modi non solum generis activi verum etiam passivi deponentisque; eodem modo inveniuntur inter res ad grammaticam pertinentes infinitivum et activum et passivum et etiam participium activum. Reperiuntur praeterea nomina, sicut Eurydices et Persephones, a quibus discipuli declinatione graecolatina studebunt.

Post fabulam Ovidianam, textum postrema in parte invenire possumus e libro *Orbis sensualium pictus* a Comenio conscripto ad vocabula de animalibus adhibenda pertinentem a capitulis XVIII, XIX, XX, XXII, XXIII, XXVI, XXV, XXVI, XXVII, XXIX et XXXII, e quibus scripta Humanistarum et textus Antiquorum nectimus.

Licet eligere aliud pro certo capitulum, sicut capitulum X quod nominatur Bestiae et Homines, in quo diligenter tractare vocabula ad animalia pertinentia possumus, exempli gratia. Sic eligere possumus textus Latinos.

Textu perlecto, discipulis exercitia de lingua Latina sunt facienda a rebus ad grammaticam pertinentibus quae in scholis latae sunt, sic quemadmodum inveniemus quaestiones probe Latine referendas, sententias terminationibus nominum verborumque et vocabulis acceptis notisque complendas, synonyma quaerenda...

Postremum discipuli periculum habebunt in quo eadem exercitia inveniuntur, at enim erit textus in Hispanicam linguam vertendus, nam in postremo periculo Selectividad discipulis non deerit versio in Hispanicam linguam facienda et hoc exercere est munus nobis magistris etiamsi lingua ratione viva utimur.

Quem ad finem hoc opus explicatur? Consilium est discipulos grammaticam et vocabula adhibere, id est, faciamus ut iuncturas cognoscant et his utantur ut copia verborum maxima sit. Est quoque propositum discipulos ad veros textus Latinos accedere quod tandem in postremo periculo vertendus est textus et interdum opus est eos abiungere modo scribendi Orbergiano et varietatem litterarum Latinarum discipulis notare eosque ducere in alios Latinitatis alti gradus.

Quae est causa praetexta? Semper magistri magnopere conamur discipulos libros legere, ideo his fabulis facultatem legendi discipulorum intendere possumus: sic semen litterarum Latinarum faciemus in

eos. Est causa praetexta verum etiam finis quia lingua utens voluntas fert grammaticam, vocabula vel iuncturas tenere per usum et hoc est maximi momenti. Postremo volumus nos magistri eos pulchritudinem linguae Latinae aestimare. Non tam facile est pervenire in hoc ultimum consilium quia vertendi sunt textus Caesaris Sallustiique, possumus scilicet hos tractare, sed mea quidem sententia discipuli debent etiam scire esse nobis dulcissima atque lepidissima carmina antiqua, carmina de amore, de ira, de morte, de dolore... et non solum exstare textus de rebus militaribus.

Quomodo possumus scholas tradere in usum horum textorum adhibentes? Optima est mihi methodus activa ubi magister in Latine loquendo sit discipulique usu cotidiano linguae Latinae assuescuntur, sed etiam licet textum vertere si cui non placet linguam Latinam in scholis loqui vel eam discipulos docere per usum. Ita praebimus discipulis frequentiora et utilia vocabula. Ut bene textum intellegant, adnotationes in marginibus reperient et usuri sumus imaginibus et tabulis pictoricis ad fabulam narrandam. Postremo in loco discipuli linguam exercebunt Latine loquendo et scribendo.

Veniant lectores nunc in textum qui in partes quattuor divisus est: primum textus Ovidii et Comenii, dein pensa vel exercitia, dein grammatica in qua parte praeteritum imperfectum et praeteritum perfectum explanantur, postremum vero periculum.

Ut ad proposita perveniamus fabulae et exercitiorum necesse erunt nobis sex sesiones (plus minusve duae hebdomadae) quod ad numerum scholarum spectat. Apta fabula est capitulis XIX et XX perfectis ad finem cursus primi academici vel ad initium anni secundi academici, qui in lyceis Hispanicis ad cursus *1º de Bachillerato* et *2º de Bachillerato* referunt.

#### DE SESSIONIBUS IN QUIBUS TEXTUS TOTUS ET EXERCITIA TRACTABUNTUR

##### Sessio I

Incipiemus sessionem imaginem quandam paulatim describendo, exempli gratia, eam de Orpheo et Eurydice a Petro Paulo Rubens pictam<sup>2</sup>, magistro adiuvante. Ipse faciet ut discipuli partes capiant Latine interrogando quid in pictura videant, quot homines sint, quid

<sup>2</sup> Vide imaginem primam.

faciant, etc. Discipuli sententiis bene constructis Latine respondere debent magistro, qui nova vocabula, quae haud difficillima sint, aperire potest sicut serpens, -entis (quoniam vocabulum propinquum nostrae linguae) vel nomina personarum quae in fabula apparent etiam tabulam de morte Eurydices a Erasmo Quellinus<sup>3</sup> pictam. Deinde legere incipiemus partem primam textus in qua primae personae monstrantur.

Sequemur semper textum Ovidianum ex Metamorphoseon libris, immo reperientur versus hexametrici dactylici ut discipuli Ovidium versus scripsisse nunquam obliviscentur.

Curam praebimus vocabulis in marginibus in quibus adnotationes, synonyma, antonyma et imagines explanatorias ad textum melius intellegendum sunt.

In hac prima paragrapho invenientur nuptiae Orphei Eurydicesque et etiam descensus Orphei ad Inferos, argumenta inde colloqui una cum discipulis de discrimine inter nuptias antiquas et hodierna vel de discrimine inter inferos Antiquorum et Christianorum possumus.

## Sessio II

Primum omnium facere debemus ut discipuli memoriam eorum refricent eos quid in fabula antea acciderit vel quis sint personae in fabula interrogando, de iuncturis loquendo, etc. Conabimur Latine cum iis colloqui et etiam eos iuncturis et grammatica quae in textu apparent uti. Ita exercendum est ut paulatim discipuli iuncturas tenere incipiant.

Tum legenda est altera pars textus in qua Orpheus cum Persephone et Plutone sermonem habet, ascendit una cum Eurydica, quae tandem ad Inferos regressa est.

## Sessio III

Finem fabulae faciemus partes ex Orbis sensualium pictus excerptas legentes quae cum fine textus Ovidiani commiscetur. Hic apparebunt nomina multorum animalium quae imaginibus tractanda sunt<sup>4</sup>. Possumus proponere varia genera exercitiorum ludicorum sicut

---

<sup>3</sup> Vide imaginem alteram.

<sup>4</sup> Vide imagines tertiam et quartam.

quaerere chartulam<sup>5</sup> ubi apparet nomen animalis et chartulam ubi apparet imago eiusdem animalis, narrare fabulas miras fictasque story cubes de mythologia et animalibus utens...

Per totam lectionem fabulae grammatica paulatim explanetur sed fortasse compendium grammaticae artis possumus facere et legere huius partes et eam quam discipuli iam tenent explanare.

#### Sessio IV

Interrogando et fabulam narrando memoriam discipulorum reficere debemus et oculos adtendere in iuncturas quae in textu apparuerunt, id est, iteremus grammaticam.

Possumus nonnulla exercitia dum Latine loquimur et picturas describimus facere. Post fabulam, narranda denuo est fabula imaginibus. Possumus uti his imaginibus a Pep Monserrat<sup>6</sup> fictis, quae mea sententia pulcherrimae sunt, vel tabulis pictoricis a Rubens, Theodor van Thulden ad museum El Prado pertinentibus vel a Bernardo Ferrándiz y Bádenes quam Malacae tenemus.

His imaginibus a Legonium uti possumus, etiam sententias proferre: nominavi hoc exercitium Estne velle posse in quo discipuli debent sententias dicere, exempli gratia: Eurydice ascendere non potuit quia Orpheus eam respicit.

Et si discipuli multa de lingua Latina sciunt et tempus ad hoc deerit, possumus plura ferre sicut Aenigmata a Symphosio et selegere aenigmata de animalibus. Selecta ad hoc opus sunt aenigmata XII, XIV-XXXIX.

Facient discipuli pensa gregatim inter se adiuvantes vel singulatim. Cualia pensa? Mutare genus verbi e passivo genere ad activum genus, quaere synonyma in textu, etc.

#### Sessio V

Pensa corrigere incipiemus, dubia solvamus et varia exercitia faciemus loquendo, ludemus ludum nomine *kahoot!* in quo quaestiones de grammatica, de fabula, de vocabulis synonyma antonymaque, et etiam ludere possumus *educaplay* utens.

<sup>5</sup> Vide imaginem quintam vel ligamen septimum.

<sup>6</sup> Vide ligamen sextum.

**Sessio VI**

Discipuli periculum facient in quo inveniuntur interrogatiunculas Latine respondendas, sententias desinentiis atque vocabulis acceptis complendas, genus nonnullarum sententiarum mutandum, vertere vocabula Latina per etymologiam in Hispanica et postremo vertere textum in Hispanicam linguam. Haec duo exercitia pertinent ad postremum periculum Selectividad.

# ORPHEVS ET EVRYDICE

## ADNOTATIONES

Dryas, -adis, *f* = nymp̄ha, -ae

Rhodopeius : Orpheus

Croceus, -a, -um: ad crocum pertinet color herbae quae Hispanice vocabulo Arabico vocatur.

Amictus, -us *m*: vestis exterior et la-  
xior ut toga qui corpus tegit

Digredi=discedere

Omen, -inis *n* = augurium

Ignis, -is *m*  fax, facis *f* 

Naïas, -idis: nymp̄ha aquarum



Talus, -i

Vates, -is *m* : poeta, -ae

Deflere : plorare

Audere: maxima cupiditate aliquid  
conari

Styx, -ygis

Opacus, -a, -um: id quod in umbra  
situm est

Medusaeus, -a, -um: id quod ad Medu-  
sam pertinet

Vipera, -ae: serpens, -entis *f*

Vetus, veteris *adj* = antiquus, -a, -um

Mentita non est : vera est

Iungere = coniungere

Nolle *trf* (<ne-velle) = non velle

Letum, -i: mors, mortis *f*

Exsanguis: qui sanguinem non habent,  
mortui

Erat olim vir pulcherrimus, Thracius genere, cui nomen Orpheus erat. Captus amore erat dryadis, Eurydices nuncupatae, et uxorem eam ducere volebat. Rhodopeius eam amabat et ab ea amabatur. Hymenaeus, deus matrimonii qui nuptias omnes adesse solebat, frustra Orphei voce vocabatur, croceo enim amictu velatus per immensum caelum digressus est.

*Adfuit ille quidem, sed nec sollemnia verba  
nec laetos vultus nec felix attulit omen.*

Fax, quam Hymenaeus tenuit, lacrimoso fumo crepitans nullos ignes invenit. Itaque matrimonio finis infelix fuit, nam nupta Eurydice, dum per herbas nova Naiadum turba comitata ambulabat,

*occidit in talum serpentis dente recepto.*

Postquam Rhodopeius vates ad superas auras mortem Eurydices satis deflevit, ausus est ad Stygem Taenaria porta descendere et inter umbras eam invenire et per populos leves et simulacra transiens, Persephonen Plutonemque dominum inamoena regna umbrarum tenentem adiit et dum canebat pulsus nervis sic ait:

«O positi sub terra mundi di, si mihi licet et vera loqui sinitis, non huc descendi ut opaca Tartara viderem nec tema guttura monstri ingentis Medusaei;

*Causa viae est coniunx, in quam calcata venenum  
vipera diffudit crescentesque abstulit annos.*

Volebam pati extremam fortunam, vulnus ferre conatus sum atque sine mea Eurydica vivere, sed *vicit Amor*. Hic deus in supera ora pernotus est sed et hic tamen notum esse auguror; si fama veteris rapinae mentita non est, *vos quoque iunxit Amor*. Ego vos rogo per haec loca plena timoris, per hoc Chaos ingens atque silentia huius vasti regni:

*Eurydices, oro, properata retexite fata.*

Omnia vobis debemus, nam nos omnes serius aut citius ad unam sedem properamus,

*tendimus huc omnes, haec est domus ultima, vosque  
humani generis longissima regna tenetis.*

Cum Eurydice matura iustos annos peregerit, haec vobis iure erit: donum poscimus. Si fata autem veniam pro coniuge negant, nolle redire mihi certum est: gaudete leto duorum». Talia dicentem nervosque moventem exsanguis audiebant et lacrimabant.

Nec Tantalus ille profugam undam captavit, Ixionis orbis stupuit



## ADNOTATIONES

Genae, -ae 

Eumenides, -um *f*(gr.) = Furiae, -arum

Madere: humidum facere


Imus, -a, -um = inferus, -a, -um

Appropinquare: accedere, propinquus fieri

Flectere: torquere

Lumen, -inis *n*: lux, splendor sed item visus et ipsi oculi

Adclivis, -e = arduus, -a, -um

Tellus, -uris *f*: Spelunca, -ae 

Margo, -inis *m*: est alicuius rei extrema ora / Limes, -itis *m*

Conari: aliquid facere se ipso proponere

Aura, -ae: aer leniter spirans, aut aliquid tenuissimum atque aeri simillimum spirans

Cedere: ad alium locum ire, transire

Adripere: vi prehendere, capere, tenere

Questa, -ae < queror

Obire: quod repente atque ex improviso oritur, exurgere


Questus *part. perf.* < queror

Feminea Venus: amor feminarum

Mulier, -eris *f*: femina, -ae

Etiamsi: quamquam

Maestus, -a, -um: tristis, e

Arbor Chaonis: quercus, -us *f* 

Animal, -alis *n*: animal vivit, sentit, movet se, nascitur et moritur, nutrit se et crescit, stat aut sedet aut cubat aut graditur.

Ales, -itis: ales est generale nomen eorum animalium quae alas et pennas habent et ova pariunt.

Muscipula, -ae 

Iumentum, -i: Est quadrupes maius eorum quibus utimur ad gerendum ut equi, muli, boves, asini, cameli, etc.

Gestare: ferre

Sisyphusque in suo saxo sedit. Tunc fama est primum genas Eumenidum lacrimis maduisse, nec regia coniunx nec maritus eius Pluto, qui regit ima, Orpheo oranti negare potuerunt Eurydicenque vocaverunt.

Illa inter umbras recentes erat et tardo passu de vulnere appropinquabat; hanc simul Orpheus accipit et etiam legem Plutonis:

*ne flectat retro sua lumina, donec Avernas*

*exierit valles; aut irrita dona futura*

Adclive et obscurum iter per muta silentia carpitur nec procul amantes a summae telluris margine adfuerunt sed Orpheus metuens avidusque videndi respicere desiderabat; amans enim lumina flexit et protinus Eurydice relapsa est brachiaque tendens eamque prendere conans, nihil nisi auras cedentes infelix Orpheus adripuit

*iamque iterum moriens non est de coniuge quicquam*

*questa suo (quid enim nisi se quereretur amatam)?*

*Supremumque 'vale' quod iam auribus ille*

*acciperet, dixit revolutaque rursus eodem est.*

Stupuit Orpheus gemina nece coniugis cum tria colla canis, medio portante catenas, vidit; pavor eum non reliquit saxo per corpus oborto. Portitor Charo orantem frustra que iterum transire volentem prohibuit et Orpheo denuo fluvium Stygem transire non licuit.

Ille tamen sine munere Cereris septem diebus squalidus in ripa sedit:

*cura dolorque animi lacrimaeque alimenta fuere.*

Questus deos crudeles esse in altam Rhodopen rediit et omnem femineam Venerem refugit Orpheus; ardor tamen habebat multas mulieres vati se iungere, sed ille nunquam postea amorem feminarum aliarum petivit: multae repulsae doluerunt.

Collis erat et super collem planissimus campus per quem Orpheus errabat. Etiamsi umbra loco deerat, umbra in locum venit cum miserimus vates resedit et dum fila sonantia movens carmen maestissimum caneat non abfuit varium genus arborum ut arbor Chaonis nec animalia namque nonnulla venerunt.

Accessit gallus, qui mane cantat, habet cristam et calcaria et in ornithotrophio habitat comesque eius gallina, quae colligit grana; advolaverunt etiam hirundo, passer, vespertilio (mus alatus), qui volitant circa domos atque huscinia quae cantat suavissime omnium alaundaque quae cantillat volitans; venit struthio qui est maximus ales, noctua despiciatissimus aquilaque, rex avium, quae solem intuetur; appropinquaerunt et candidus olor, anser et anas quae aves aquaticae sunt, id est, natant.

Adiuctus est quoque canis, qui est custos domus et felis (catus) qui purgat domum a muribus id quod etiam facit muscipula; inter pecora, venerunt taurus et vacca pelis tecti, aries et ovis cum agno qui gestant lanam, hircus (caper) cum capra atque haedo, et etiam porcus cum por-

## ADNOTATIONES

Onus, -eris *n*: res quae pondus habet

*cellis et inter iumenta asinus et mulus qui gestat onera, equus qui gestat nos ipsos, camelus qui gestat mercatorem cum mercibus suis elephasque qui adtrahit pabulum proboscide et habet duos prominentes dentes et potest portare etiam triginta viros.*

Iubatus, -a, -um < iuba, -ae: crinis, -is *m*

Maculosus, -a, -um: quod maculas habet

Ex bestis feris acutos ungues et dentes habentibus venerunt *leo, rex quadrupedum, iubatus cum leaena, maculosus pardus, tigris immanissima omnium, villosus ursus, rapax lupus, lynx pollens visu et caudata vulpes, astutissima omnium*; postremo, inter amphibia, animalia quae in terra et aqua vivunt, adit *crocodilum, immanis et predatrix bestia Nili fluminis, et etiam adierunt coxans rana cum bufone et testudo, supra et infra testis ceu scuto aperta.*

Ceu *adv*: quemadmodum, ut, sicut

Testa, -ae: est operimentum durum simul et fragile multorum piscium et quorundam animalium

Tale nemus et talia animalia vates attraxit et dum medius concilio ferarum atque turba volucrum sedebat concordare modos temptavit et vocem carmine pulcherrimo omnium movit.

## PENSA

PENSUM A Sententias verbis comple:

accipere petere redire desiderare canere prohibere prendere adripere  
descendere adire licere orare mori appropinquare refugere

Postquam Orpheus ad Inferos \_\_\_\_\_ constituit, Persephonem Plutonemque \_\_\_\_\_ et simul atque Eurydice una cum eo redire posse \_\_\_\_\_, carmen \_\_\_\_\_ suavissima voce incipit et Proserpina et maritus eius Pluto, qui ima regit, orante Orpheo negare non potuerunt. Itaque Eurydice vocata inter umbras \_\_\_\_\_ et simul Orpheus eam et legem Plutonis \_\_\_\_\_: ne lumina retro flectat aut donum rediturum est. Orpheus timens avidusque videndi respicere \_\_\_\_\_; amans enim lumina flexit et profinus Eurydice relapsa est brachiaque tendens eamque \_\_\_\_\_ conans, nihil nisi auras cedentes infelix Orpheus \_\_\_\_\_: Eurydice iterum \_\_\_\_\_ et amatum valedicens revoluta eodem loco est. Stupuit Orpheus quod Charo \_\_\_\_\_ ei \_\_\_\_\_. Amans enim feminearum Venerem \_\_\_\_\_ et ille nunquam postea amorem feminarum aliarum \_\_\_\_\_.

PENSUM B Terminationes adde:

Questus de \_\_\_\_\_ crudeles esse in alt \_\_\_\_\_ Rhodopen red \_\_\_\_\_ et omn \_\_\_\_\_ femine \_\_\_\_\_ Vener \_\_\_\_\_ refugit Orpheus; ardor tamen multas mulieres vat \_\_\_\_\_ se iungere hab \_\_\_\_\_ sed ille nunquam postea amorem femin \_\_\_\_\_ ali \_\_\_\_\_ petivit: multae repulsae dolu \_\_\_\_\_. Collis erat et super coll \_\_\_\_\_ planissimus campus per quem Orpheus err \_\_\_\_\_. Etiamsi umbra loco deerat, umbra loco ven \_\_\_\_\_ cum miserrimus vates resedit et dum fila sonant \_\_\_\_\_ movens carmen maestissim \_\_\_\_\_ can \_\_\_\_\_ non abfuit varium genus arbor \_\_\_\_\_ ut arbor Chaonis nec animalia namque nonnulla venerunt. Tale nemus et talia animalia vates attrax \_\_\_\_\_ et dum medius concilio ferarum atque turba avi \_\_\_\_\_ sedebat concord \_\_\_\_\_ modos temptavit et vocem carmin \_\_\_\_\_ pulcherrim \_\_\_\_\_ omnium movit.

PENSUM C Muta genus verborum:

- Fax lacrimoso fumo crepitans nullos ignes invenit.
- Hymenaeus frustra Orphei voce vocabatur.
- Orpheus metuens colla canis vidit.
- Portitor Charo orantem frustra iterum transire volentem prohibuit.
- Tale nemus et talia animalia vates attraxit.

PENSUM D Latine responde:

- Quae est Eurydice? Et Orpheus?
- Qui sunt dei Inferorum? Scisne quomodo Proserpina ad Inferos venerit?
- Quis ad matrimonium Orphei et Eurydices vocatur? Ad quem finem?
- Quomodo Eurydice mortua est?
- Quid Orpheus orat?
- Quis deus omnia vincit?
- Ubi est domus ultima? Potesne mente fingere qualis sit haec domus?
- Quale iter e Inferis est?
- Cur Eurydice relapsa est?
- Qualia animalia ad Orpheum venerunt?

PENSUM E Quaere synonyma in textu:

- Poeta, -ae
- Mors, mortis
- Tristis, -e
- Ploro, -are, -avi, -atum
- Adeo, -ire, -ii, -itum
- Requiro, -ere, -sivi, -situm

PENSUM F Narra fabulam breviter verbis in textu utens:

## GRAMMATICA LATINA

## TEMPORA VERBORUM

*Tempus praesens et praeteritum*

Tempus praesens (nunc): aves aquaticae natant. Struthio est maximus ales. Alauda volitans cantillat.

Tempus praeteritum imperfectum (tunc): Rhodopeius eam amabat. Eurydice nova Naiadum turba comitata ambulabat. Vates carmen maestissimum canebat.

Tempus praeteritum perfectum (tunc): vicit Amor. Multae repulsae doluerunt. Nonnulla animalia venerunt.

praesens, -entis (*praes*)praeteritus, -a, -um  
(*praet*)praeteritum, -i = tempus  
praeteritum*Praeteritum imperfectum*

## [A] Activum

[1] ama|re: ama|ba|t; [2] sole|re: sole|ba|t; [3] can|ere: can|eba|t; [4] au-  
di|re: audi|eba|t.

Exempla: **Erat** olim vir pulcherrimus, Thracius genere, cui nomen Orpheus **erat**. Captus amore **erat** dryadis, Eurydices nuncupatae, et uxorem eam ducere **volebat**. Rhodopeius eam **amabat**.

	<i>Sing.</i>	<i>Plur.</i>	<i>Sing.</i>	<i>Plur.</i>	
<i>Persona prima</i>	-ba m	-ba mus	-eba m	-eba mus	ama ba m ama ba s ama ba t ama ba mus ama ba tis ama ba nt
<i>Persona secunda</i>	-ba s	-ba tis	-eba s	-eba tis	
<i>Persona tertia</i>	-ba t	-ba nt	-eba t	-eba nt	eram eramus eras eratis erat erant

## [B] Passivum

Exempla: Orpheus ab ea **amabatur**. Hymenaeus voce Orphei **vocabatur**. Eurydice iterum **moriebatur**.

	<i>Sing.</i>	<i>Plur.</i>	<i>Sing.</i>	<i>Plur.</i>	
<i>Persona prima</i>	-ba r	-ba mur	-eba r	-eba mur	ama ba r ama ba ris ama ba tur ama ba mur ama ba mini ama ba ntur
<i>Persona secunda</i>	-ba ris	-ba mini	-eba ris	-eba mini	
<i>Persona tertia</i>	-ba tur	-ba ntur	-eba tur	-eba ntur	

## GRAMMATICA LATINA

*Praeteritum perfectum*

## [A] Activum

[1] ama|re: ama|isse > ama|vit; [2] ma|de|re: ma|du|isse > ma|du|it; [3] can|ere: cecin|isse > cecin|it; [4] audi|re: audi|isse > audi|vit.

Exempla: Fax, quam Hymenaeus **tenuit**, lacrimoso fumo crepitans nullos ignes **invenit**. Itaque matrimonio finis infelix **fuit**

Tunc fama est primum genas Eumenidum lacrimis **maduisse**, nec regia coniunx nec maritus eius Pluto, qui regit ima, Orpheo oranti negare **potuerunt** Eurydicenque **vocaverunt**.

Maduisse

madui	maduimus
-------	----------

maduisti	maduistis
----------	-----------

maduit	maduerunt
--------	-----------

Fuisse

fui	fuimus
-----	--------

fuisti	fuistis
--------	---------

fuit	fuertunt
------	----------

	<i>Sing.</i>	<i>Plur.</i>
<i>Persona prima</i>	-i	-imus
<i>Persona secunda</i>	-isti	-istis
<i>Persona tertia</i>	-it	-erunt

## [B] Passivum

Participio perfecti utimur cum perfectum passivi generis dicere volumus. Participium perfecti est adiectivum 2-1-2, ut amat|us vel iunct|us. Cum participium perfecti cum tempore praesenti verbi 'esse' coniungitur, fit perfectum passivi generis.


-t|um esse

amat|um esse

	<i>Sing.</i>	<i>Plur.</i>		
<i>Persona prima</i>	amatus sum	amati sumus	-tus, -a sum	-ti, -ae sumus
<i>Persona secunda</i>	amatus es	amati estis	-tus, -a es	-ti, -ae estis
<i>Persona tertia</i>	amatus est	amati sunt	-tus, -a est	-ti, -ae sunt

Exempla: Per immensum caelum **digressus est**. Ad Stygem descendere **ausus est**.

-tum est	-ta sunt
----------	----------

	<b>MAGISTRA:</b> Alba Pozuelo Lobillo	<b>LINGUA LATINA</b> DIES: __/__/____	<b>GREX:</b>	<b>NOTA:</b>
	<b>PRAENOMEN:</b> _____ <b>NOMEN:</b> _____			

### *Orpheus et Eurydice*

#### 1. Textum rectis verbis comple: (2 puncta)

vivere amare ferre audere plorare aiere occidere velle esse invenire diffudere vincere deambulare descendere adire
---

Erat olim vir pulcherrimus, Thracius genere, cui nomen Orpheus \_\_\_\_\_. Captus amore Eurydices \_\_\_\_\_ et uxorem eam ducere \_\_\_\_\_. Eam \_\_\_\_\_ et ab ea \_\_\_\_\_; sed infelix finis matrimonio fuit: fax, quam Hymenaeus tenuit, nullos ignes \_\_\_\_\_, nam Eurydice, dum per herbas una cum Naiadum turba \_\_\_\_\_, dente recepto in talum, vipera venenum in nuptam \_\_\_\_\_ et statim eam \_\_\_\_\_. Poeta Rhodopeius, cum satis amatam suam \_\_\_\_\_, ad Inferos \_\_\_\_\_ constituit et Stygem transire \_\_\_\_\_ et usque ad Proserpinam Plutonemque, dominos inamoena regna umbrarum tenentes, \_\_\_\_\_. Orpheus poeta regibus Inferorum sic \_\_\_\_\_: «O di sub terra mundi positi, non descendi ut vos visitarem, sed causa viae \_\_\_\_\_ coniunx, quae serpente \_\_\_\_\_ . Pati extremam fortunam \_\_\_\_\_, vulnus vero \_\_\_\_\_ atque sine mea Eurydica \_\_\_\_\_ non possum: \_\_\_\_\_ Amor. Retexite fata Eurydices, oro!»

#### 2. Terminationes adde: (2 puncta)

Poeta carmen canere suavissima voce incipit \_\_\_\_\_ et Proserpina et maritus eius Pluto, qui im \_\_\_\_\_ regit, orant \_\_\_\_\_ Orpheo negare non potu \_\_\_\_\_. Itaque Eurydice vocata inter umbras appropinqua \_\_\_\_\_ et simul Orpheus eam et legem Plutonis accipit: ne lumin \_\_\_\_\_ retro flectat aut donum rediturum est. Orpheus metu \_\_\_\_\_ avidusque videndi respic \_\_\_\_\_ desider \_\_\_\_\_; amans enim lumina flex \_\_\_\_\_ et protinus Eurydice relapsa est brachiaque tendens eamque prend \_\_\_\_\_ conans, nihil nisi aur \_\_\_\_\_ cedentes infelix Orpheus adripu \_\_\_\_\_: Eurydice iterum moriebatur et amatum valedicens revoluta eodem loco est. Stupuit Orpheus quod Charo red \_\_\_\_\_ ei prohibu \_\_\_\_\_; amans enim femine \_\_\_\_\_ Vener \_\_\_\_\_ refugit et ille nunquam postea amorem femin \_\_\_\_\_ ali \_\_\_\_\_ petiv \_\_\_\_\_.

#### 3. Latine responde: (2 puncta)

- Qua lege Eurydice ex inferis redit?

---

- Ad quem locum Orpheus descendit post mortem Eurydicēs?

---

- Quid accidit dum Orpheus fila sonantia movens carmen maestissimum canebat?

---

- Cur Orpheus amorem feminarum evitavit?

---

- Qui sunt dei Inferorum? Quid eis Orpheus orat?

---

4. Muta genus verborum: (1 punctum)

- Occisa est serpente Eurydice ► \_\_\_\_\_
- Orpheus Eurydicen amat ► \_\_\_\_\_
- Poeta carmen suavissima voce canit ► \_\_\_\_\_
- Proserpina Plutoque inamoena regna tenent ► \_\_\_\_\_
- Poeta multum amatam ploravit ► \_\_\_\_\_

5. Etymologia: (1 punctum)

- Dominus, -i
  
- Oculus, -i

6. Verte in linguam Hispanicam textum alterum: (2 puncta)

## INDEX BIBLIOGRAPHICUS

ARIZZI, S., CANALES, E. y GONZÁLEZ AMADOR, A. (2018), *Lingua Latina per se illustrata: Vademécum Método Orberg*, Cultura Clásica, Granada.

BAILEY, J. S. (2014), Driving with Dido: How I came to read latin extensively, recuperado de <<http://indwellinglanguage.com/reading-latin-extensively/>>.

BAILEY, J. S. (2016), Teaching latin to humans, *Eidolon*, recuperado de <<https://eidolon.pub/teaching-latin-to-humans-4e6b489b4e17>>.

Vide plura: <<http://indwellinglanguage.com/limen-a-latin-teaching-portal/#extensiveandintensivereading>>.

*Aenigmata a Caelio Firmiano Symphosio cum enodationibus*, <[http://www.hs-augsburg.de/~harsch/Chronologia/Lspost05/Symphosius/sym\\_aent.html](http://www.hs-augsburg.de/~harsch/Chronologia/Lspost05/Symphosius/sym_aent.html)>.

FORCELLINI, E., *Totius Latinitatis lexicon*, Padua, 1771: <<http://www.lexica.linguax.com/forc.php>>.

GOLDMAN, N. y NYENHUIS, J. E. (1982), *Latin via Ovid*, Wayne State University Press, Detroit.

ØRBERG, H. (2003), *Lingua Latina per se illustrata: Pars I. Familia Romana*, Cultura Clásica, Granada.

ØRBERG, H. (2012), *Lingua Latina per se illustrata: Exercitia Latina I*, Cultura Clásica, Granada.

*Visuelles Wörterbuch. Latein-Deutsch* (2010), Dorling Kindersley Verlag, Londres.

## IMAGINES

Imago prima: *Orfeo y Eurídice* (1636-1638), Peter Paul Rubens <<https://www.museodelprado.es/coleccion/obra-de-arte/orfeo-y-euridice/07c9d839-8284-44bd-9c37-79585a88770f>>.


Imago altera: *La muerte de Eurídice* (1636-1638), Erasmus Quellinus, <<https://www.museodelprado.es/coleccion/obra-de-arte/la-muerte-de-euridice/b548eb29-305b-4765-a435-933398be0f5e?searchid=3bf9fba4-2685-bc07-05a3-636643fd0d75>>.



Imago tertia: *Orfeo y los animales* (1636-1638), Theodor van Thulden, <<https://www.museodelprado.es/coleccion/obra-de-arte/orfeo-y-los-animales/e51f3582-810e-43e8-8612-bfab4f66692e?searchid=3bf9fba4-2685-bc07-05a3-636643fd0d75>>.

Imago quarta: *Orfeo y las fieras* (1870), Bernardo Ferrándiz y Badenes, <<http://www.museosdeandalucia.es/web/museodemalaga/acceso-a-fondos>>.

Imago quinta:



Ligamen sextum: Orfeo y Eurídice, Pep Monserrat, <<http://pepmonserrat.com/artwork/orfeo-y-euridice/>>.

Ligamen septimum: animalia a Legionium.com, <<http://www.legonium.com/resources/animalia>>.

